FRAGMENTA MARCHICA

oder

Sammlung ungedruckter Urkunden und Nachrichten,

zum Nutzen

der Brandenburgischen Historie

gesammlet, und mit Anmerkungen herausgegeben

von

Philipp Wilhelm Gerken.

Vierter Theil.

Wolfenbüttel, bey Johann Christoph Meißner,
1759.

Digitized by Google

ARNOLDVS LVBECENSIS

in

praefat. edit. Bangert. pag. 240.

Veritatem hiſtoriae ſequentes, adulationem, quae plerisque ſcriptorum comes eſt, omnino damnamus, ut timorem ac gratiam excludentes fallacem libere, quae nobis comperta ſunt, proſequamur.

Digitized by Google

Vorbericht.

Die bisherigen Unruhen, so auch diese Provinz betroffen, sind schuld, daß gegenwärtiger **vierter Theil** etwas später zum Vorschein kömmt. Ich bin seit geraumer Zeit von meiner Bibliothek entfernet, und also nicht im Stande gewesen, diese Sammlung mit mehreren und vielleicht gründlichern Anmerkungen zu begleiten. Es wäre sonsten eine **Abhandlung von der Maggräfin Ingeburg**, des Marggrafen LUDOVICI ROMANI Gemahlin, und eine **Untersuchung von**

dem in unsern Urkunden öfters vorkommenden Worte Rockhon und dessen Bedeutung in jure Germanico beygeleget worden. Ich muß also aus erwähnten Ursachen solches bis zum folgenden Theile versparen, in Hoffnung, daß dennoch gegenwärtige Sammlung nicht gänzlich ohne Nutzen seyn werde.

Die Urkunden, so die Stadt Salzwedel angehen, sind mit geneigter Erlaubniß E. Hochedlen Magistrats aus dem Stadt-Archiv daselbst, und das *Diplomatarium Distorffiense* habe der besondern Gütigkeit des Herrn Amtmann Bucholz, in Distorff zu danken. Alle Liebhaber der brandenburgischen Geschichte werden Ihnen Beyderseits dafür gar sehr verbunden seyn. Wollenrade den 28. Febr. An. 1758.

IN-

Digitized by Google

INDEX DOCVMENTORVM PART. IV.

I. BALDERAMVS *Brandenburg. Epiſcopus* confirmat eccleſiae et Capitulo Brandenburg. jura et priuilegia. A. 1186. *Ex Orig. membr. Arch. Brandenb.*

II. HENRICVS *Praepoſitus Brandenburg.* confert capellano Marchionis fundum quendam. A. 1190. *Ex Orig. Arch. ejusd.*

III. NORTBERTVS *Epiſcopus Brandenburg.* donat villam *Marzane* capitulo Brandenburg. A. 1194. *Ex Orig. Arch. ejusd.*

IV. GERNANDVS *Epiſcopus Brandenburg.* donat hoſpitali Brandenburgenſi partem nemoris *Wernitz.* A. 1234. *Ex Orig. Arch. ejusd.*

V. Teſtimonium CONRADI *Epiſcopi Verdenſis* de area hoſpitali S. Georgii prope *Soltwedel* a *Petro de Holdenſted* appropriato. A. 1297.

VI. ALBERTVS *Marchio Brandenb.* conſentit in venditionem villarum *Nemerou* ab *Hermanno de Warborch* ordini S. Johannis Hoſpital factam. A. 1298. *Ex. Cod. Gundling.*

VII. HERMANNVS *Marchio Brandenb.* conjungit veterem et nouam ciuitatem *Soltwedel* ratione

Digitized by Google

tione judicii et fori. A. 1299. *Ex Orig. Arch. Soltdwed.*

VIII. WOLDEMARVS *Marchio Brandenb.* donat proprietatem XII. chororum duri frumenti altari ecclesiae parochialis in *Prizwalck.* A. 1314. *Ex Cod. Gundling.*

IX. IOHANNES *Marchio Brandenb.* donat proprietatem IV. choror. siliginis ex molendino *Bockhorning* monasterio *Isenhagen.* A. 1316. *Ex Orig. Arch. Soltwed.*

X. Compositio litium inter ciuitatem *Soltwedel* et nobiles *de Knesebek.* A. 1321. *Ex Orig. Arch. Soltwed.*

XI. LVDOVICVS *Bauarus Marchio Brandenburg.* confirmat ciuitati *Prizwalck* omnia priuilegia A. 1325. *Ex Cod. Gundl.*

XII. Marggraff FRIDERICH *von Meissen* verspricht der Stadt *Berlin* sie bey ihren freiheiten zu schützen. A. 1327. *Ex Cod. Gundling.*

XIII. AGNES *Ducissa Brunsuic. antiquae Marchiae domina* donat Sculteto in villa *Ritze* tertiam partem duorum mansorum in *Pollense.* A. 1332. *Ex Orig. Arch. Soltw.*

XIV. LVDOVICVS *March. Brandenburg.* appropriat reditus quosdam ex villis *Zyrou* et *Ritze* ecclesiae S. Catharinae in ciuitate *Soltwedel.* A. 1345. *Ex Orig. memb. cum sigillo Part. IV. praefixo.*

XV. *Marggraf* LVDEVICH *der Römer* verspricht den Städten in der Alte - Marck das eingenommene Schloss *Abenburg* zu brechen. A. 1355. *Ex Orig. Arch. Soltwedel.*

XVI.

Digitized by Google

XVI. *Nobiles de* SCHVLENBVRG venduntreditus ex villa *Clenou* ad dotem altaris S. Mariae in eccleſia S. Mariae in antiqua ciuitate *Soltwedel.* A. 1356. *Ex Orig. Arch. Soltwed.*

XVII. LVDOVICVS *Romanus Marchio Brandenb.* donat proprietatem III. chororum ſiliginis ex molendino *Bockhorning* ciuitati *Soltwedel.* A. 1361. *Ex Orig. Arch. ejusd.*

XVIII. *Marggraf* OTTO *von Brandenb.* belehnet *Henrich von Doblin* mit dem hoff in *Doblin.* A. 1369. *Ex Orig. membr.*

XIX. *König* SIGISMVND quittiret die Stadt *Salzwedel* über die Orbede Gelder. A. 1387. *Ex Orig. chartac. Arch. Soltwed.*

XX. *Die von* SCHVLENBVRG verkauffen eine halbe Wieſe an das S. Annenhauſs auf dem Cloſter zum heiligen Gheiſt vor *Salzwedel* A. 1388. *Ex Orig. Arch. Soltwed.*

XXI. *Herme* GARZEN Lehenbrief über einen Theil des Dorffes *Ritze.* A. 1393. *Ex Orig.*

XXII. *Henningh* KANNENBERG verkauffet den Zehenden und die Ober Gerichte über einen Hoff in *Waſmerslage* an *Allert Ror.* A. 1392. *Ex Orig. membr.*

XXIII. *König* WENCESLAVS conſentiret in die beſtellung *Burggraf Friderichs* von Nürrenberg zum Verweſer und Stadthalter der Marck Brandenb. A. 1411. *Ex Cod. Gundling.*

XXIV. FRIDERICH *Burggraf von Nürrenb.* confirmiret als Stadthalter der Marck der Alten Stadt *Salzwedel* und den Stenden der Alte

Digitized by Google

Marck ihre priuilegia. A. 1412. *Ex Orig. membr. Arch. Soltwed.*

XXV. *Marggraf* IOHANNES verſpricht der Stadt *Salzwedel* daſs ihnen der Wall zu *Oſterwohl* den *Geuerd von Bodendick* angelegt, nicht ſchaden ſoll, A. 1430. *Ex Orig. Arch. Soltwedel.*

XXVI. *Das Capittel zu* BOISTER verkauffet dem Kaland in *Seehauſen* I Marck renthe, A. 1434. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXVII. OTTO *und* FRIDERICH *Hertzoge von Braunſchw.* verſprechen den Einwohnern der Stadt *Salzwedel* wenn ſie durch ihr Land faren ſicher Geleith. A. 1435. *Ex Orig. Arch. Soltwed.*

XXVIII. Marggraf FRIDERICHS Lehenbrief für *Hans von Swechten* über einen Hoff in *Doblin*, A. 1440. *Ex Orig. membr.*

XXIX. *Die Gebrüder von* ROR verkauffen dem Kaland in *Seehauſen* I pfund Geldes aus *Neukirchen*, A. 1454. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXX. *Der Rhat der N. Stadt* SALZWEDEL bezeuget daſs bey ihnen eine Schuldverſchreibung über CC. Rhein. Gulden von dem Rhat der Alten Stadt niedergelegt. 1455. *Ex Orig. membr.*

XXXI. HINRICVS *Abt zu Königslutter* belehnet *Geuerd von Aluensleuen* mit dem Dorffe *Gördel*, A. 1462. *Ex Orig. membr.*

XXXII. *Der Kaland in Seehauſen* verkauffet an *H. Wulfenger* Canonicum in *Stendal* XXX ſchilling jährlicher renthe. A. 1462. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXXIII. *Marggraf* FRIDERICH *von Brandenburg* confirmiret das von ſeinen Räthen geſprochne Vrthel, daſs der Hoff zu *Gr. Schwechten*

Digitized by Google

ten nicht Erbe ſondern Lehen ſey. A. 1465. *Ex Orig. membr.*

XXXIV. *Claus Scroder* verkauffet I Mark renthe an den *Kaland in Seehauſen.* A: 1472. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXXV. ALBRECHT *Marggraf von Brandenburg* beleihet die *von Schoeneberg* mit dem Speckhoff A. 1472. *Ex Copiar. antiq.*

XXXVI. *Hanns* TOPP verkauffet dem Kaland in *Seehauſen* I hufe landes im Dorffe *Wollenrade* fur XVII Marck Stend. A. 1473. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXXVII. *Die Marggräfin* AGNES erlaubet dem Probſt des Cloſters zum *Heiligen Gheiſt* vor *Salzwedel* über Herggewedde und Gerade zu richten. A. 1474. *Ex Copiar. Sæc. XV.*

XXXVIII. *Claus* ROR belehnet die Gebrüder *Degener* zu *Seehauſen* mit einem Kornzehend zu *Neüendorff* vor *Seehauſen.* A. 1478. *Ex Orig. membr.*

XXXIX. *Der Rhat zu* SALZWEDEL confirmiret eine Schenckung ſo der Brüderſchafft S. Jacobi daſelbſt geſchehen. A. 1490. *Ex Orig. membr.*

XL. *Die von* ALVENSLEVEN geben den Brauern in *Biſmarck* eine Innungh und Ghilde A. 1491. *Ex Cod. Gundling.*

XLI. Jacob DORHEIDE ſchencket dem Hoſpital S. Eliſabeth in der N. Stadt *Salzwedel* einige renthen und Kornpächte. A. 1493. *Ex Orig. membr.*

XLII. Documentum *nouae ciuitatis* SOLTWEDEL de A. 1497. *Ex Orig. membr.*

Digitized by Google

XLIII. *Albrechts von* SCHVLENBVRG *Landeshauptmanns der Alte Marck* Vertrag wegen gewiſser Streitigkeiten im Dorffe *Schoeneberg*. A. 1516. *Ex Orig. chart.*

XLIV. CONCORDATA inter *Epiſcopum Hauelberg* et capitulum ibidem. A. 1525. *Ex Cop. antiq.*

XLV. Vergleich zwiſchen die *Gebrüder von* ROHR und *Benedictus von Schoeneberg* wegen eines Kornzehenden zu *Schoeneberg*. A. 1536. *Ex Orig. membr.*

XLVI. Churfürſt IOACHIMS Verordnung wie es mit den Cloſter Iuncfrouen zu halten ſo heimlich aus dem Cloſter entlauffen. A. 1569. *Ex Orig. chart.*

XLVII. Verzeichniſs der Alt-Märckiſchen Lehen Pferde de A. 1623. *Ex* MSTO *Johannis de Vinzelberg.*

XLVIII. MS. *de Advocatia Hauelbergenſi. Ex Bibliotheca Senatus Lipſienſis.*

DIPLOMATARIVM DISTORFIENSE.

I. *Anna de* KNESEBECK vendit duas dimidias curias in villa *Dülſberg* monaſterio in *Diſtorff.* A. 1322. *Ex Cop. vidimat.*

II. NICOLAVS *Epiſcopus Verdenſis* confirmat venditionem unius manſi in villa *Abbendorp* monaſterio *Diſtorfienſi* factam. A. 1330. *Ex Copiar. Saec. XV.*

III.

Digitized by Google

III. *Die von* BODENDICK verkauffen gewiſse Hebungen aus den Dörffern *Prötz* und *Mölene* an das Cloſter *Diſtorff.* A. 1370. *Ex Cop. antiq.*

IV. *Gercke von* WALSTÄVE verkauffet das Dorff *Pekenſen* an das Cloſter *Diſtorff.* A. 1378. *Ex Cop. vidimat.*

V. *Die von* BOCKMAST verkauffen dem Cloſter *Diſtorff* ihren Antheil an hohen und ſieden *Dolsleben.* A. 1380. *Ex Cop. antiq.*

VI. *Die Gebrüder von* BODENDICK überlaſſen die Dorffſtede *Dammerue* an das Cloſter *Diſtorff.* A. 1385. *Ex Orig. membr.*

VII. *Das Cloſter* DISTORF verkauffet einige renthen ad dies vitae des käuffers, hernacher ſie dem Cloſter wieder zurück fallen. A. 1394. *Ex Copiar. Saec. XV.*

VIII. *Das Cloſter* DISTORF verſetzet den Zehend zu *Sieden Dolsleuen* Hinneke Scrapenſtele ad dies vitae für XXX marck Lüneburg. pennighe. A. 1395. *Ex Copiar. Saec. XV.*

IX. *Das Cloſter* DISTORF verſpricht denen *von Kneſebeck* wegen des ihnen geſchenckten Zehenden zu *Sieden Dolsleben* gewiſse Seelmeſſen und memorien zu halten. A. 1395. *Ex Copiar. Saec. XV.*

X. *Daſſelbe* verſetzet *Claus Schapern* X marck jarlicher renthe aus dem dorffe *Hohen Dolsleben* für C marck Lüneburger witten pennige. A. 1396. *Ex eod. Cop.*

XI. *Daſſelbe* verſetzet VIII wiſpel Rocken pacht aus dem Dorffe *Lydhern* und *Mere* für LXXX lötige

ge Marck Braunſchw. werung. A. 1396. *Ex eod. Copiar.*

XII. Das Cloſter *Diſtorff* vergleichet ſich mit dem Cloſter *Oldenſtatt* bey *Vilzen* über verſchiedene einkünfte. A. 1401. *Ex eod. Copiar.*

XIII. *Die von* SCHVLENBVRG verkauffen ihr Antheil an dem Dorffe *Werl* an das Cloſter *Diſtorff* für C marck pennige. A. 1416. *Ex eod. Copiar.*

XIV. *Gherd von* WVSTROV verkauffet den Zehend und daſs Straſsen Gericht zu *Barnebeck* dem Clöſter *Diſtorff* für 500 marck Lüneburger pennige. A. 1422. *Ex Copiar. eod.*

XV. *Das Cloſter* DISTORF löſet III Marck renthe aus der *Sülze* zu Lüneburg wieder ein. A. 1423. *Ex eod. Copiar.*

XVI. *Deſſelben Cloſters* bekänntniſs wegen des Zehenden zu *Langenapeldorn.* A. 1423. *Ex eod. Copiar.*

XVII. *Daſſelbe Cloſter* verſpricht jemand eine praebende gegen Verlaſsung ihrer Erbſchafft an gedachtes Cloſter. A. 1424. *Ex eod. Copiar.*

XVIII. *Der Probſt zu* DISTORF bezeüget daſs das Cloſter gewiſse Kornpächte *Ludolfo Braſchen* ſchuldig ſey. A. 1427. *Ex eod. Copiar.*

XIX. Johann VERDEMAN Zeügniſs über den Verkauff eines Verndel Rockens in *Diſtorff.* A. 1483. *Ex Orig. membr.*

XX. *Die von* KNESEBECK begeben ſich aller Anſprache an der wüſten Feldmarck *Lüdelſen* gegen das Cloſter *Diſtorff.* A. 1483. *Ex Orig. membr.*

XXI.

Digitized by Google

XXI. *Ludolfus* VERDEMAN *Probſt zu Diſtorff* conſentiret in den Verkauff III ſcheffel Rocken aus einen bauerhoff im Dorffe *Abbendorff.* A. 1486. *Ex Orig. membr. cum ſigillo Part. IV. praefixo.*

XXII. *Johannes* VERDEMAN *Probſtes zu Diſtorff* Zeügniſs über den Verkauff XII ſchilling Geldzins in *Diſtorff.* A. 1488. *Ex Orig. membr.*

XXIII. *Geuerd von* PLATE verkauffet einige Kornpächte an das Cloſter zu *Diſtorff.* A. 1490. *Ex Orig. chartac.*

XXIV. *Hans und Ludolff von* KNESEBECK verkauffen ihren hoff in *Püggen* an *Johann Verdemann Probſt in Diſtorff.* A. 1493. *Ex Orig. membr.*

XXV. *Ludolphus* VERDEMAN *Domherr zu Hildesheim* vergleicht ſich mit dem Cloſter *Diſtorff* wegen ſeines bruders *Johann Verdemanns Probſtes zu Diſtorff* ſchulden. A. 1500. *Ex Orig. membr.*

XXVI. *Gherd von* WVSTROV Probſt zu *Diſtorff* prouidiret ſeinen ſchreiber *Johann Lemmen* mit einer Commende in der Kirche zu *Diſtorff.* A. A. 1505. *Ex Orig. chartac.*

XXVII. *Ludolf von* KNESEBECK verkauffet einen hoff in *Dähre* für LXX. Rhein. Gulden dem Cloſter *Diſtorff.* A. 1508. *Ex Cop. antiq.*

XXVIII.

Digitized by Google

XXVIII. Churfürſt IOACHIM conſentiret in den Verkauff der wüſten Feldmarck *Lütken Alen* ſo die *von Kneſebeck* an das Cloſter *Diſtorff* verkauffet. A. 1509. *Ex Orig. membr.*

XXIX. *Johannis von* BODENDICK Schuld-Verſchreibung an das Cloſter *Diſtorff* über 200 Lüb. Marck. A. 1526. *Ex Copiar. chartac.*

XXX. *Werner von* SCHVLENBVRG Probſt zu *Diſtorff* giebt eine halbe hufe aus einem hofe in *Abbendorff* in einen andern hoff daſelbſt. A. 1528. *Ex Copiar. chartac.*

XXXI. IDEM bekennet daſs er *Barthol. Wenckſtern* LXII GoldGülden ſchuldig ſey. A. 1533. *Ex Orig. chartac.*

XXXII. Das Cloſter *Diſtorff* verſetzet III wiſpel Rocken pacht aus dem dorffe *Hildenſen* an Rudgard Liſten bürgern in *Salzwedel* für 200 Gulden. A. 1542. *Ex Cop. Antiq.*

Digitized by Google

I.

BALDERAMVS

BRANDENBURGENSIS EPISCOPUS

ecclesiae et Capitulo Brandeburg. jura et privilegia confirmat. A. 1186.

Ex Orig. membr. Arch. Brandenb. Capitul.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDUAE TRINITATIS, Ego *Balderamus* dei gratia *Brandenburgensis ecclesiae episcopus*, quia in ecclesia beati Petri apostolorum principis *Brandenburgensis* diuina vt spero me promouere voluit gratia, justum est vt eam modis omnibus quibus valeo honorare et exaltare satagam, fratresque nostros ibidem Deo seruientes consolatione fraterna foueam, eorumque justis et rationabilibus petitionibus aures exorabiles praebeam. Eorum itaque justis precibus pie annuentes bona Brandenburgensis ecclesiae quae ei praedecessores mei episcopi et seculares principes

Digitized by Google

seu quaelibet honoratorum vel priuatorum personae justo jam donationis tytulo contulerunt vel adhuc collaturae sunt nos autoritate Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis et domini *Urbani* papae et nostra confirmamus et praesentis paginae munimine stabilimus. Inprimis ergo collaudamus et confirmamus vt Canonici ordinis Praemonstratensis qui secundum timorem Dei et Beati Augustini regulam ab *episcopo* beatae memoriae *Wigero* in ecclesia S. Godehardi in villa *Parduwin* dinoscuntur prius constituti postmodum vero a venerabili *Episcopo Wilmaro* consilio et auxilio domini *Wichmanni Magdeburgensis Archiepiscopi* atque *Marchionis Alberti et filii ejus Marchionis Ottonis* in sedem episcopalem vrbis *Brandenburg* sunt transpositi et vsque ad tempora nostra laudabiliter conservati inconvulsi permaneant. *Omne* etiam *jus Canonicum* quod cathedrales ecclesiae Saxoniae juste et rationabiliter debent habere eisdem Canonicis confirmamus videlicet vt obeunte eorum pontifice in electione futuri episcopi cum praepositо eorum qui et Episcopalis sedis Archidiaconus est primam habeant vocem, nullusque eis inuitis per aliquam subreptionis fraudem vel per violentiam praeponatur, sed quem concors fratrum cum praepositо assensus vel pars sanioris consilii de gremio ipsius ecclesiae elegerit ipse obtineat. Si autem in ecclesia eorum persona ad pontificalem dignitatem non inuenietur idonea, quod facile fieri non speramus alia idonea persona ab eis libere assumatur. Sancimus etiam vt Archi-

Digitized by Google

Archidiaconatum episcopatus totius videlicet *terrae de Hauela* versus Orientem vsque *Oderam* item versus occidentem vsque ad aquam quae *Yla* dicitur dilectus filius noster *Heinricus* qui in praesentiarum *Brandenburg. praepositus* habetur et sui successores indiuisum et indiminutum perpetua stabilitate optineant. Praeterea confirmamus ei et successoribus suis bonnum de subscriptis *Burgwardis* scilicet *Scartowe*, *Mokerne*, *Louburch*, excepta ecclesia *Dalchowe*, *Buchowe*, *Gorreke*, *Ridicce*, *Wesenburch*, *Beltiz*, *Nimich*, *Juterbuch*, *Dome*. Item curam animarum vrbis Brandenburg quae eos jure Episcopalis sedis contingit et Episcopus *Wilmarus* cum eos in eam transponeret eis concessit, suusque successor Sifridus Episcopus eis recognouit et concessit, et nos etiam recognoscimus et stabilimus. Item decernimus vt ecclesia sancti Nicolai in *Borch* quae est filia matricis ecclesiae Sanctae Mariae in eadem villa *Borch* sicut hactenus ad Archidiaconatum Brandenburg. pertinuit, sic de caetero pertineat, et vt nullos eam ab eodem banno separet auctoritate nostra et banni nostri interdicto prohibemus. Notum etiam esse volumus quod curam animarum de ecclesiis quae ad vsus praedictorum fratrum pertinent vel in futurum adhuc nostra Deo volente, et aliorum donatione pertinebunt *Heinrico paeposito* et suis successoribus in perpetuum concessimus. Ecclesiam etiam *Werchizere* in *Burgwardo nostro Prizerwe* situm cum capella *Merzane* ei attinente decimam quoque totam villae *Plusezin* super *Zuchaw* sitae,

Digitized by Google

quam *Sifridus Burchrauius* pro anima patris sui nobis resignauit in vsus eorundem fratrum dedimus. Quam villam idem Burchrauius *Marchioni Ottoni* resignauit qui eam pro anima patris et matris suae cum omnibus attinentiis in vsus praeditorum fratrum contradidit. Haec et alia bona tam a praedecessoribus meis episcopis quam principibus et aliis fidelibus ecclesiae Brandenburgensi collata et ipsorum episcoporum et glorioſi *imparatoris Fritherici* firmata priuilegiis, nos quoque auctoritate patris et filii et spiritus sancti praesenti scripto et sigilli nostri impressione firmauimus. Si quis hanc nostram confirmationem temere infregerit vel mutauerit si admonitus non resipuerit condignae poenae hic et in futuro subjaceat, Fiat, fiat, Amen. Hujus rei testes sunt *Heinricus ejusdem ecclesiae praepositus et Archidiaconus, Riquinus prior, Winandus Cellerarius totusque conuentus, Baldeuinus in Gorzeka, Otto in Trechwiz, Manilius in Roschoue, Hermannus in Nauen sacerdotes. Otto ejusdem vrbis Marchio, fratresque sui Heinricus scilicet Comes in Gardelege, Albertus in Arneburch, Sifridus Burggrauius, Johannes de Plozeke, Conradus de Lindoue, Otto, Rudolfus, Gero, Theodoricus, Bartholomeus.* Acta sunt haec in vrbe *Brandenburch* anno Incarnationis M° C°. LXXXVI°. Indictione IV. Epacta XXVIII. Concurrente II.

II. HEN-

* *

II.

HENRICVS

PRAEPOSITVS BRANDENBVRG.

confert Capellano Marchionis fundum quendam. 1190.

Ex Orig. Arch. Brandenb.

H. Dei gratia *Praepoſitus in Brandenburg* et totus ejusdem eccleſiae conuentus. Sicut juſtas noſtras petitiones ab omnibus fidelibus exaudiri deſideramus, ſic proximorum poſtulationes pro modulo noſtro auribus fauorabilibus obtemperanter neceſſe eſt vt exaudiamus. Ad petitionem igitur Domini Marchionis Brandenburg. et inſtantiam *ipſius capellani Burchardi* ſacerdotis de *Nydicen* fundum ſolummodo molendini jacentem infra centum manſos *in Zucha* quos *Marchio Otto Brandenb.* pro anima *vxoris ſuae Judithae Marchioniſſae* eccleſiae noſtrae contulit, ipſi prefato Burchardo et filio ejus Hildebrando praeſtito prius nobis ab eis hominio in beneficio gratis conceſſimus ſub ea determinatione *vt ſi Burchardus alios filios genuerit praeter eum quem nunc habet ad ipſos beneficium non tranſeat.* Sed ſi praedictus filius ejus haeredem habuerit ad ipſum ſolum haereditas ſub tributo duorum modiorum majoris menſurae ſiliginis *ſine beneficio deuoluatur.* Vt autem *hujus pacti initi* memoria

Digitized by Google

praesentibus et futuris temporibus obliuioni non tradatur, *sigillo domini Marchionis* (*) et ecclesiae nostrae sigillo communire necessarium duximus.

(*) Das Siegel Ottonis ist wiederum ein sigillum pedestre, wie die Herren aus dem Assanischen Hause gebrauchet, und stellet einem gebarnischten Mann vor, so mit der rechten eine schmale Fahne, mit der linken Hand aber ein dreyeckigtes Schild hält, mit der Umschrift: OTTO BRAN - - - SIS MARCHIO.

* *

III.
NORTBERTVS
EPISCOPVS BRANDENB.

donat capitulo Brandenburg. villam Merzane.
A. 1194.

Ex Orig. Arch. Brand.

IN NOMINE SANCTAE ET INDIVIDVAE TRINITATIS, EGO NORBERTVS Dei gratia Brandenburgensis Ecclesiae Episcopus. Cum ob variabilis aeui labentem cursum plerumque contingat quod ea quae aguntur dampnosam contrarietatem inposterum accipiant, justum reputauimus, vt ea quae a nobis rationabiliter facta sunt scripta nostra posteritati elucident et distinguant. Notum itaque facimus vniuersis Christi fidelibus tam futuris quam praesentibus, quod nos ob spem vitae per-

Digitized by Google

perhennis inopiae fatrum noſtrorum *de Brandenburg* conſulentes villam *Merſcane* cum tota decima et cum eccleſia et dote ipſius videlicet vno manſo et cum omnibus pertinentiis ſuis ſcilicet ſiluis pratis paſcuis paludibus cultis et incultis legitimo donationis tytulo eis contulimus ſicut de morte *Rodolphi de Jericho* eam vacantem poſſedimus. Vt itaque haec donatio noſtra futuris temporibus firma et inconuulſa permaneat ſeriem hujus negotii conſcribi fecimus eamque ſigilli noſtri impreſſione roborauimus et ne quis eam infringat auctoritate Dei et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli ac noſtra ſub annathemate prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus quorum nomina ſunt haec, *Otto Marchio Brandenb. et frater ejus Comes Adelbertus. Sifridus Brandenburgenſis caſtellanus, et frater ipſius Comes Bedericus, Heinricus Brandenburgenſis praepoſitus, Hezelo praepoſitus de Lizeke, Heinricus prior de Brandeburg, Heinricus Cuſtos, Hugo Camerarius, Gunzelinus Cellerarius* totusque ejusdem eccleſiae conuentus, *Burchardus de Plozeke, Otto Burgenſis de Brandeborg, Rudolphus de Wedinge, Heinricus de Stegeliz, Bartholmeus et Olricus de Stegeliz, Heinricus Burgenſis de Brandeborch, Conradus de Stoltenhagen et Heidericus frater ejus, Alexander Aduocatus* aliique quam plures clerici et laici. Actum in eccleſia cathedrali Brandeburg, anno incarnationis dominicae M°. C°. nonageſimo quarto, Indictione XII. feliciter Amen.

* *

IV.
GERNANDVS
EPISCOPVS BRANDENBVRG.

donat Hoſpitali Brandenb. partem nemoris Wernitz. 1234.

Ex Orig. Arch. Brandenb.

Gernandus Dei miſeratione *Brandenburgenſis Epiſcopus* omnibus Chriſti fidelibus hanc litteram audituris in Iheſu ſaluatore ſalutem. Attendentes quod non ſolum ex affectu claritatis qua ex precepto legis proximum diligere precipimur immo etiam ex verbis domini conquerentis in judicio et dicentis, *Hoſpes eram et non collegiſtis me, nudus et non cooperuiſtis me*, manus ad proximum indigentem extendere teneamur, et alias ei expandere viſcera pietatis pauperibus qui in facie noſtra ſunt et tanquam in eccleſie noſtre Brandeburgenſis gremio collocati manum miſericordie vidimus largius exercendam. Igitur domui Hoſpitalis in *caſtro Brandeburg* jam erecte ob anime noſtre ſalutem ac reuocillationem recipiendorum pauperum in eadem particulam quandam nemoris noſtri quod *Wernitz* dicitur videlicet locum qui *Prodansdunck* nuncupatur intuitu Dei omnipotentis et interuentu dilecti nobis *Danielis Canonici Brandeburgenſis* Fundatoris domus ejusdem donacione perpetua

perpetua duximus conferendam, vt exinde edificia que adhuc minus ſufficiunt erigantur et alia quecunque commodis pauperum neceſſaria fuerint ordinentur. Contulimus autem dictum locum cum omni iure quo a nobis hactenus eſt poſſeſſus tam in paſcuis quam in lignis et aliis quecunque ſunt ſub nomine hujus vocabuli comprehenſa in quoscunque vſus dictus fundus procedente tempore redigatur. Vt autem hec noſtra donatio debitam obtineat firmitatem ipſam preſenti ſcripto ſigillo noſtro munito curauimus roborare. Teſtes ſunt, *praepoſitus Jacobus*, *Prior Etchelo*, *Cuſtos Thidericus*, *Canonici Brandenburgenſes*, *Wilhelmus de Pritſerue*, *Johannes de Bantiz*, *Johannes de Muceliz*, *plebani*; *Thidericus ſcultetus*, *Johannes Aduocatus*, *Marſilius ciues de Pritſerne*. Datum *Jezere* Anno M. CC. XXXIV. quarto Idus Januarii.

* *

V.

Teſtimonium

CONRADI

EPISCOPI VERDENS.

de area Hoſpitali S. Georgii prope Soltwedel a Petro de Holdenfeld appropriato.

A. 1297.

Ex Orig. Arch. Soltwed.

Nos *Conradus* dei gratia *Verdenſis eccleſie Epiſcopus* in notitiam uniuerſorum ad quos preſens pagina peruerit volumus deuenire quod eccleſiam majorem infirmorum ſcilicet leproſorum in *Perwer* juxta *Saltwedele* area ſoluente annuatim talentum denariorum apud cemiterium dicte eccleſie ſita quam *Petrus de Holdenſtede* eidem eccleſie amore dominico erogauit ad piam inſtantiam domini *Lamberti* ſacerdotis cui dicta eccleſia collata eſt officianda dotaliter inueſtimus, pro qua area idem dominus *Lambertus* et ſui ſucceſſores poſt ipſum in prefata eccleſia qualibet in ſeptimana vnam miſſam de domina noſtra et vnam miſſam cantabunt fidelibus pro defunctis ad quos eosdem ſacerdotes ſi negligentes in hoc fuerint quod abſit Conſules veteris ciuitatis *Saltwedel* debent fideliter exhortari. In cujus rei teſtimonium preſens ſcri-

ſcriptum noſtro ſigillo vna cum ſigillo prefate ciuitatis fecimus roborari. Datum *Saltwedele* anno domini M°. CC°. XCVII°. in octaua ſanctorum Innocentium.

* *

VI.

ALBERTUS

BRANDENBVRG. MARCHIO

conſentit in venditionem villarum Nemerou ab Hermanno de Warborch Ordini S. Iohannis Hoſpit. factam. A. 1298.

Ex Codice Gundling.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis Amen. Cum rerum geſtarum ——— Proinde Nos *Albertus* Dei gratia Marchio Brandenburg. recognoſcimus et in publicam notitiam deuenire cupimus ſingulorum quibus preſentes fuerint recitate, quod miles noſter ſtrenuus et fidelis *Hermannus de Warborch* dictus bona ſubſcripta videlicet villam magnam *Nemerou*, villam paruam ſiue Slauicalem *Nemerou* et curiam *Nemerou* cum omnibus agris cultis et in cultis lignis, ſiluis, riuis, aquis, molendinis, edificatis vel edificandis, paſcuis, pratis, cum integris diſtinctionibus et generaliter cum omnibus que ad dictas villas et ad curiam pertinere dignoſcuntur cum omni jure ſicut dicta bona a nobis habent, viris religioſis et in Chriſto reuerendis

Digitized by Google

dis ſcilicet *fratribus Vlrico Swatz dicto Commendatori Domorum in Bronſuic et Gardiano ordinis S. Iohannis Hoſpitalis Hieroſolymit.* et omnibus ſuis confratribus ejusdem ordinis pro ſexcentis et triginta talentis Brandenburg. denariorum cum noſtro conſenſu vendidit et dimiſit, idemque frater Vlricus dicta bona nobis ad manus dicti fratris Vlrici et ſuorum confratrum Ordinis voluntate libere reſignauit. Nos igitur attendentes dictorum fratrum vitam coelibem, bonorum operum frequentiam, ordinis ſanctitatem, ſperantesque in anima et corpore apud deum piis meritis adjuuare ad laudem Dei omnipotentis ejusdem matris Marie virginis perpetue et S. Iohannis pro ſalute animarum noſtre videlicet et progenitorum ac filiorum et heredum ac ſucceſſorum noſtrorum proprietatem eorundem bonorum eidem frati *Vlrico* et ſuis confratribus ejusdem ordinis dedimus et preſentibus damus ita quod easdem dictas villas cum curia predicta cum omnibus ſuis pertinentiis libere pepetuo poſſidebunt. Ab hominibus enim in eisdem bonis habitantibus ex nunc et deinceps per nos vel noſtros ſucceſſores aut noſtros aut ipſorum Aduocatos vel Bedelos aut ipſorum nuntios nunquam *precaria nunquam curruum vel alia ſeruitia exiguntur, et ad cuſtodienda propugnacula vel ad viarum tranſitus qui vulgariter Landswere dicuntur* nunquam de certo tenebuntur, ſed quidquid idem frater Vlricus et ſui confratres predicti cum ipſis hominibus fecerint gratum tenebimus atque ratum. Inſuper quia idem frater Vlricus cum adhuc ſeculari

Digitized by Google

laris eſſet nobis exhibuit ſeruitia valde grata et ipſum in omnibus fidelem ſemper inuenimus et conſtantem ipſum cenſemus meritis ſpecialiter honorandum vt ipſa bona regat et poſſideat tempore vite ſue, nec ipſum absque ſuo conſenſu ab eisdem voluimus aliquatenus amouere. Poſt mortem autem ipſius diſponat de illis Magiſter ordinis ſicut de aliis bonis prout ordini nouit expedire. Ne igitur hec noſtra gratia eidem fratri Vlrico vel ordini violari valeat aut infringi preſentes inde confectas ſigilli noſtri appenſione juſſimus communiri. Teſtes autem hujus ſunt nobiles viri videlicet *dominus Henricus Magnopolenſis gener noſter*, *dilectus Dux Otto Stettynenſis auunculus noſter*, *Dominus noſter Nicolaus de Roſtock gener noſter*, *Domicellus Nicolaus de Werle*, *inclytus et reuerendus pater Dominus Ditmarus Abbas eccleſie Colbazenſis*, *Dominus Nicolaus Prepoſitus in Vredeland*, *Dominus Prepoſitus in Soldyn*, *Dominus prepoſitus Herrmannus in Landesberge capelani noſtri*, *Regneko de Wulkou*, *Rudolfus de Lieuendal*, *Albertus de Brunkou et Wernerus Splint milites*, et complures alii fide digni. Actum et Datum per manum Iohannis notarii noſtri Anno Domini M. CC. XCVIII. die Aſcenſionis jusdem.

VII. Her-

Digitized by Google

* *

VII.

HERMANNUS

MARCHIO BRANDENB.

conjungit ciuitates Soltwedel ratione judicii et fori. A. 1299.

Ex Orig. Arch. Soldwed.

Nos *Herrmannus* dei gratia *Brandenburgenſis Marchio et comes de henneberg* Recognoſcimus et ad vniuerſorum notitiam cupimus peruenire quibus hoc preſens ſcriptum fuerit demonſtratum Quod honorabilium virorum ciuium in *Soltwedele* ac communem vtilitatem diligentius intuentes et noſtrorum vaſallorum diſcretorum precibus inclinati ciuitates noſtras videlicet *nouum et antiquum Soltwedele* taliter coniunximus et vniuimus quod vnum iudicium, vnum forum et conſules vnum eſſe debeant ex vtriusque ciuitatibus nec non in omnibus que euenire poterunt in ſuo iure omnimodo vnum eſſe debeant, Dantes plenariam in omnibus libertatem ciuibus noſtris memoratis vt per ipſos inviolabiliter premiſſa obſeruentur perpetuis temporibus duraturum. Et ne hanc donationem beniuole factam per nos inprobitas alicuius infringere valeat preſentem literam de noſtra certa donatione confectam iuſſimus communiri Teſtes huius ſunt *Himricus de Aiuenſleue noſter dapifer, Frede-*

Fredericus frater ſuus, Geuehardus de Aluenſleue Senior et ſuus filius Geuehardus, Albertus de Wodenswege, Hinricus de Crochere, Bodo de Walſtouen, noſtri milites, dominus Hinricus Prepoſitus de Arneborg, et alii quam plures fide digni. Actum et datum *Soltwed.* Ao. domini M° C°C° XC° IX° Secunda feria proxima poſt paſcha.

* *

VIII.

WOLDEMARVS

MARCHIO BRANDENBURG.

donat proprietatem XII. Choror. duri frumenti altari eccleſiae parochialis in Prizwalck.

A. 1314.

Ex Cod. Gundling.

Woldemarus Dei gratia Brandenburgenſis Luſatie et de Landsberg Marchio *noſtro futurique judicis Principis Iohannis Marchionis de Brandenburg nomine* preſens ſcriptum viſuris ſeu audituris bonam ac beneplacitam voluntatem. Cum obliuio ſit ——— Hinc igitur eſt quod tam noſtro quam predicti principis cujus tutelam gerimus nomine ad cultum diuini nominis ampliandum dedimus et damus liberalitatem largam et proprietatem plenam XI. chororum duri frumenti qui annuatim de manſis adjacentibus ciuitati *Prizwalck*

dari

dari debeant et vnius manſi in villa *Schönhagen* jacentis et ſoluentis vnum chorum etiam duri frumenti et duos ſolidos annuatim, quod ſcilicet frumentum cum manſo prefectus et conſules nec non mercatorum confratricinia predicte ciuitatis *Prizwalck* tanquam ſuperno ducti ſperamine ſua pecunia comparauerunt et altare quoddam in honorem B. Marie virginis in parochia *Prizwalck* conſtructum eisdem prouentibus dotauerunt et nos predicte donationis proprietatem vt premiſſum eſt ſumus impertiti ſinceram volentes predictos prouentus fore perpetuo liberos ab omni exactione ab omni onere ab omni precaria et ſimpliciter ab omni reali et perſonali incommoditate abſolutos. In quo quidem altari ſingulis et perpetuis diebus preter dies dominicos debet miſſa dici fidelibus pro defunctis et memoria *Illuſtris Hermanni quondam Marchionis Brandenburg. noſtri patrui* clare memorie debet ſolenniter et deuotione qua conuenit recitari. Et hec miſſa horis nullis aliis niſi infra miſſam ſummam ſaluo jure plebani ejusdem parochie eſt dicenda. Et idem altare prefectus conſules et magiſtri dicte confratricinie qui dicuntur Gildenmeiſter non ſine conſenſu et voluntate plebani conferent idoneo cuique. Et vt ex dicti altaris inſtauratione ſaluberrima apud Deum tam nos quam progenitores noſtri quin etiam ſucceſſores conſequamur premium et ſalutem, huic facto pio noſtrum conſenſum accommodauinus et conſenſum et ratihabitionem predicti *Marchionis Iohannis* accommodari procurabimus *dum ad annos peruenit majori*

majori etati ſignatos. Et vt nullus preſens ſcriptum valeat irritari noſtrum ſigillum in noſtra preſentia preſentibus eſt appenſum, teſtibus ad hoc vocatis, *reuerendo domino Friderico eccleſie Brandenburg. epiſcopo, illuſtri domino Alberto Comite de Anhalt noſtro ſororio* (*), *Henrico et Friderico de Aluensleuen, Henrico Scheneken, Ludouico de Wanzleuen Stotekyno noſtre curie protonotario* et aliis fidedignis. Actum et Datum *Jerchou* anno domini M. CCC. XIV. die B. Marci Euangeliſte.

IX. IO-

(*) Die Schweſter des Woldemari, ſo Fürſt Albrecht von Anhalt zur Gemahlin hatte, hieß Agnes und war eine Tochter Marggraf Conrads von Brandenburg. BECKMAN *in hiſtor. Anhalt. Part. V. p. 90.* nennet ſelbige Eliſabeth und dichtet dieſem Fürſten zwo Gemahlinnen an, davon die letzte Agnes eine Gräfin von Barby geweſen ſeyn ſoll. Es iſt aber beydes falſch, weil Marggraf Conrad keine Tochter gehabt, ſo Eliſabeth geheißen, und die Wittwe des Fürſten Albrechts *in doc. A. 1319. ap.* BECKMAN *l. c. p. 91.* ſich deutlich Agnes nennet, und nebſt ihren Söhnen, Albrecht und Woldemar, einen Vergleich zwiſchen der Stadt Zerbſt und den Domherren daſelbſt beſtätiget. Eben dieſe ihre Söhne aber, Albrecht und Woldemar erkennet Marggraf Woldemar für ſeine Schweſter Kinder in einer Urkunde, ſo er über derſelben Schenkung des Dorfes Bramby an das Kloſter zu Coßwick A 1317. als Vormund ausgeſtellet *vid.* BECKMAN *Part. III. p. 322.* Es können alſo die Genealogiſten LOHMEIER, HVBNER, HENNINGES und andere mehr nebſt BECKMAN hiernach ſicher ausgebeſſert werden.

* *

IX.

IOHANNES

MARCHIO BRANDENBURG.

donat proprietatem IV. chororum ſiliginis ex molendino Bockhorning monaſterio Yſenhagen. A. 1316.

Ex Orig. memb. Arch. Soltwed.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis Amen. Nos *Johannes* dei gratia *Brandenburgenſis et Luſatie Marchio* preſentibus publice proteſtamur quod inclinati precibus *prefecti noſtri in Saltwedel Ghermanni de Chüden* ad laudem Dei omnipotentis et Sancte Marie virginis genitricis ejusdem et omnium ſanctorum ad ſalutem quoque animarum noſtre videlicet et magnifici principis domini *Hermanni* quondam *Marchionis Brandenburgenſis kariſſimi patris noſtri* (*) ac aliorum progenitorum ac ſucceſ-

(*) Gegenwärtiges Document beſtärket dasjenige, was die CONTINVATIO ALBERTI STADENSIS *p. 50.* von Hermanno und ſeinem Sohne Iohanne ſchreibet: Anno 1308. - - Hermannus Marchio de Brandenburg - - deuaſtauit Slauiam - - ibique in exercitu morte preuentus eſt, relicto vno ſolo *filio Johanne* ex filia Alberti Romanorum regis quondam nato. Es iſt alſo dieſe Urkunde in Anſehung der Genealogie beträchtlich.

Digitized by Google

ſucceſſorum noſtrorum dedimus et damus preſentibus eccleſie Sanctimonialium in *Yſenhagen* proprietatem quatuor chororum ſiliginis in molendino *Bokhorning* ante ciuitatem *Soltwedel* ſitorum absque ſeruicio et *precaria pfeudali* perpetuo poſſidendam. Hujus rei teſtes ſunt princeps magnificus dominus *Woldemarus Marchio Brandenburgenſis*, *Domina Anna Ducisſa Wratislauienſis mater noſtra kariſſima*, *Sloteko curie noſtre dapifer*, *Buſſo Gnehut*, *Henning de Vorland*, *Buſſo de Mylou*, *et Johannes plebanus in Görliz* et plures alii fide digni. Actum et Datum *Spandou* anno domini mileſſimo CCC°. ſexto decimo, quarta feria poſt octauas Paſche.

* *

X.

COMPOSITIO
litium inter ciuitatem

SOLTWEDEL

et nobiles

DE KNESEBECK.

Anno 1321.

Ex Orig. memb. Arch. Soltwed.

Nouerint viuentes preſentes et futuri ad quorum notitiam hoc ſcriptum fuerit deuolutum, quod ego *Boldeuinus dictus de Knesbeke* famulus

mulus et *mei compromiſſores Bodo de Knesbeke, Hinricus de Krochere milites et Hunericus de Knesbeke famulus* promiſimus in ſolidum data fide et eodem modo preſentibus promittimus diſcretis viris conſulibus ciuitatis *Saltwedel* et vniuerſis burgenſibus ibidem ſuper omnibus diſſenſionibus et altercationibus inter dictam ciuitatem *Saltwedel* et burgenſes ejusdem et me *Boldeuinum* ex vtraque parte habitis hactenus et ſubortis plenam compoſitionem et perfectam *Sonam*, volentes inuiolabiliter eandem Sonam in preſentia *incliti principis domini noſtri domini Ottonis Ducis Brunsuicenſis* de bona deliberatione vtriusque partis amicabiliter ordinatam et reformatam deinceps per nos et quoslibet mihi *Boldeuino* adherentes aut quicquam mei cauſa facere volentes omni dolo penitus *defalcato* obſeruare. Preſentibus viris honeſtis infraſcriptis ſcilicet *Borchardo, Guncelino, Wernero, et Buſſone de Bertensleue, Otberto de Aſſeborch, Conrado de Rorſtorp, Hinrico de Bouenthen, Bernardo et Wernero de Sculenborc, Henningho de Bodendike et Henningho Crutzemann militibus, Bertramo de Damme, et Conrado Hoſtniker ciuibus de Brunswick*, aliisque multis fide dignis. In omnium horum premiſſorum euidens teſtimonium ſigilla noſtra huic pagine ſunt appenſa. Actum et Datum anno domini M°. CCC°. XXI°. ſabbatho ante dominicum qua cantatur Oculi.

XI. LV-

* *

XI.

LVDOVICVS BAVARVS

MARCHIO BRANDENB.

confirmat ciuitati Prizwalck omnia priuilegia A. 1325.

Ex Cod. Gundling.

Ad perpetuam rei memoriam, *Ludouicus* Dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauarie Sacri Romani Imperii Archicamerarius fidelibus ſuis et dilectis burgenſibus vniuerſis in *Prizwalck* preſentibus et futuris gratiam ſuam et omne bonum. Quoniam *veſtre conſtantie* (*) ſinceritas ad hoc allicit animum, vt ea que veſtrum commodum atque ſalutem reſpiciant ſinceris ſemper affectibus proſequamur. Supplicationibus ergo veſtris fauorabiliter inclinati vniuerſa veſtre ac ciuitatis noſtre predicte jura, libertates, proprietates, poſſeſſiones, donationes, gratias, approbatas conſuetudines atque

(*) Bey dem Einfalle Herzogs Rudolphi von Sachſen und der Anhaltiſchen Fürſten in die Mark, war die Stadt Prizwalk dem Marggraf Ludewig getreu geblieben, und hatte dem erſten nicht gehuldiget, wie andere Städte der Mark gethan hatten, darauf zielen alſo die Worte *veſtre conſtantie ſinceritas.*

Digitized by Google

immunitates, quibus vos et ciuitas a noſtris predeceſſoribus quondam Marchionibus Brandenburg. felicis memorie eſtis muniti et prediti, inſuper omnia priuilegia, libertates et inſtrumenta vobis et ciuitati per predictos diuos Marchiones ſeu per alios ante ipſos diuos Marchiones rationabiliter conceſſa et munita ſuper dictis juribus, libertatibus proprietatibus, poſſeſſionibus, donationibus, gratiis ſeu aliis contractibus quibuscunque approbamus ratificamus et neceſſario preſentis pagine patrocinio ſolemniter confirmamus. Nulli ergo omnino homini fas ſit hanc paginam noſtram infringere et ei in aliquo tenore contraire. Preſentes huic rei fuerunt *Nobiles viri*, *dominus Günther-rus et Vlricus Comites de Lindou*, *honeſtus vir dominus Segerus prepoſitus Stendalienſis*, *H. de Rhedern Marſchalcus*, *Johannes de Vroiden Albertus de Cleperck*, *Buſſo de Miloue*, *Bartholdus de Bütze et Henricus de Rojetz* (*) *milites noſtri* cum aliis fide dignis. Datum in dicta ciuitate *Prizwalck* anno domini mileſimo trecenteſimo vigeſimo quinto, tertia feria in feſto phentecoſtes per manum *Hermanni de Lüchou*.

(*) Die Namen dieſer Zeugen ſind vermuthlich falſch abgeſchrieben.

XII. MARG-

* *

XII.

Marggraf FRIDERICH von Meiſsen

verſpricht der Stadt Berlin ſie bey ihren Freyheiten zu ſchützen A. 1327.

Ex Cod. Gundling.

Wie *Friderich* van Cods Gnaden *Landgreue zu Thüringen Marggreue zu Miſne und in dem Oſterlande zu Plisne* bekennen offintlich in dieſem Brief, *geſchehe das de Stadt und das Land zu Berlin an uns wenden von unſen Swager* (*)

(*) Die Vermählung Marggraf Friedrichs von Meiſſen mit des Kaiſer *Ludewigs* Prinzeßinn Mechtild war A. 1325. geſchehen, davon der Autor *Chronici San Petrini Erfurt. ap.* MENCKEN *Tom. III S. R. S. p. 328.* alſo ſchreibet ad A. 1325: „*Ipſo tempore deſponſata fuit Friderico juniori Marggrauio Mechtildis filia regis Romanorum Ludouici, per aduocatos Thuringie adductaque eſt in Warperg, filia regis Boemie reducta ad patrem.*“ Es iſt dieſem Marggraf Friderich von Meißen von den Scriptoribus recentioris aeui der Beyname *Seuerus* beygeleget, und muß er ſorgfältig von andern Marggrafen von Meißen, ſo auch Friedrich heißen, unterſchieden werden. Es befindet ſich bey dem oben angezogenen *Chronico San Petrino l. c. p. 329.* eine merk-

Marggreue Ludewig von Brandenburg als ſe uns gelobet und geſuoren hebben, das wie desülue Stadt das Land de Lüde laſſen beholden by allen recht, by aller Vrykeit, und by aller guden Gewonheit de ſe gehat hebben by den olden Marggreuen zu Brandenburg und by *Marggreuen Ludewig unſen Swager* den vorgenanten, de ſe mit briefen bewieſen möghen. Zu einer Vrkunde hebben wie deſſen brief laten verzegeln met unſen Ingezegele, daby geweſt ſin unſe Herr *Biſchop Mathias van Meiſſen unſe Ome*, *Graue Berthold von Henneberg*, *Buſſo von Mannsfeld*, *Günther von Keuerenberg de Grauen*, *Henrich von Plaue der Reüſſe* genant, und andere fröme Lüde genoch. Gegeben und geſchehen zu *Brandenburg* na Godes Geburth tuſend Jahr, driehundert Jahr, in dem ſieben und zwenzigeſten Jahre an den Mittwochen nach Sünte Margarethen.

merkwürdige Stelle ſo zur Erläuterung dieſer Urkunde dienen kann, und ich daher hier anmerken muß. Sie heißt alſo: „Eodem anno ipſe Ludouicus Imperator filium ſuum primogenitum Ludouicum in Marchia Brandenburgenſi conſtituit Marchionem *fecitque tutorem et adjutorem Marchionem Fridericum Landgrauium Thuringorum*„.

XIII.

* *

XIII.

AGNES

DVCISSA BRVNSVICENSIS

Antiquae Marchiae domina donat Sculteto de Ritze tertiam partem duorum manſorum in Pollenſe. A. 1332.

Ex Orig. Arch. Soltwed.

Nos Dei gracia *Agnes duciſſa in Brunswich antique marchie domina* recongnoſcimus publice in hiis ſcriptis quod *Hinrico filio ſcultheti de Ritze* et *Greten vxori ejus legitime* nec non eorum veris heredibus contulimus et preſentibus conferimus terciam partem duorum manſorum ſitorum in *pollenſe* cum omni vtilitate vſufructu ſiluis pratis paſcuis omnibusque eidem parti pertinentibus ſicut filii *Frederici de Brewitz* prius poſſidebant. Huius rei teſtes ſunt *dominus bertoldus de Velthem miles, dominus Dctmarus capellanus noſter et Johannes prope fontem ciuis in Soltwedel* quam alii plures fide digni. Datum anno domini M°. CCC°. XXX°II. in die beate Katerine virginis (*)

(*) Das Siegel iſt mit demſelben völlig gleich, ſo dem dritten Theile dieſer Fragmentor. vorgeſtochen, außer daß auf dieſem ſich auf der Bruſt der Agnes ein Adler deutlich zeiget.

Digitized by Google

* *

XIV.

LVDOVICVS

MARCHIO BRANDENB.

appropriat reditus quosdam ex villis Zyrou et Ritz eccleſiae S. Catharinae in ciuitate Soltwedel. A. 1345.

Ex Orig. membr.

